



pinians: 3. Domos hereditarias exstas, & heredis nummis...

Capitulum curpi recta relicta sua. Et Eanodius Ticianensis episcopi ad Boetium.

Quod & Agenus Urbicus in comment. ad Julium Frontinum, ad arboreo transitur his verbis: Alter e contrario similiter...

6. Cum ergo adificia suam habeant atatem, & durationem, indigent plerumque ut reficiantur, aut reparentur...

Premant Calena salce quibus dedit Fortuna vitam: dices O mris Mercator essetec cullibus Vinea reparatata merce.

Quo modo reparare exponit Duarenus lib. 1. animad. cap. 10. in l. qui dam 16. ff. de in rem verso, de si non 27. ff. de pa-

Spres. 14. n. 10. Aufferius in decis. cap. 1. Tolos. 449. existimant onus incumbere illis, ad quos spectat necessitas reparacionis...

Deinde agendum est de personis, ad quas spectat reparatio Ecclesiarum, & quarum sumptibus sunt Ecclesie reficienda.

Deinde agendum est de personis, ad quas spectat reparatio Ecclesiarum, & quarum sumptibus sunt Ecclesie reficienda. Et primo, si portio reddituum fabrica Ecclesie deputata...

Quibus ita animadvertit, apparet ratio presentis assertionis, quare videlicet qui beneficium Ecclesiasticum possident in Ecclesia...

De personis que ad hanc reparacionem tenentur.

8. Traditur vero decedat.

tem supra prescriptum. Primo ex bonis fabrica reparatio fit...

paracionem tenetur. Lambertinus ubi supra. Tandem parochia nisi aliter usu introductum fit, ut concludit Diana dist. 8.

C A P U T II.

Ex Concilio a generali.

CUM dicat b Apostolus, abundantiore honore membris infirmioribus deferendum, e contra quidam que sua sunt, non que Jesu Christi quarentes, leprosis, qui cum sanis habitare non possunt...

NOT E.

Generali. Lateranensi videlicet sub Alexandro III. celebrato, ubi cap. 23. reperitur hic textus, & in collecta, sub hoc tit. cap. 2. & referit illud Joannes Hoveiden, par-

COMMENTARIUM.

Omissis leproforum acceptioibus, quam dabimus infra in e. 1. de conio, leprosi, pro hujus textus expositione sciendum est, non solum apud Gentiles leprosi extra civitatem egerunt...

nunciari precipimus Barones, Consules, Bajulos, & quoscumque, qui reclusos leprosos ratione personarum, vel patrimoniis ipsorum ausi fuerint talliare, vel aliquid pro tallia exigere ab eisdem...

C A P U T III

Alexander III. a Eborac. Archiep.

Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod villa, qua dicitur H. tantum perhibetur distare ab Ecclesia parochiali, ut tempore hiemali, cum pluvia inundaverint, non possint parochiani sine magna cum difficultate adire; unde non valent ecclesiasticis officiis congruo tempore interesse. Quia igitur parochialis Ecclesia ita dicitur in redditibus abundare, quod praeter illius villae proventus minister illius convenienter valeat sustentationem habere: si t. per A. l. m. quat. si res ita se habet, Ecclesiam ibi edifices, & in ea sacerdotem, sub ap. ob. ad praesentationem Rectoris Ecclesiae majoris cum Canonico, de fundatoris assensu instituas, ad sustentationem suam ejus villae obventiones ecclesiasticas percipiturum. Providas tamen, ut competens in ea honor pro facultate loci Ecclesiae matri servetur: quod quidem fieri posse videtur, cum ejusdem villae dominus xx. b. acres terra fructifera velit ad usus presbyteri conferre, si vero e. persona matris Ecclesiae virum idoneum praesentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deducti, & virum bonum, cels. ap. diff. instituire non omittas.

NOTAE.

a Eboracensi. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. r. r. de Metropoli Eboracensi Anglia nonnulla notat in r. r. de refer. b. Acria apud Saxones, & Anglos idem est, quod apud Latinos ager; non tamen simpliciter agrum notat, sed etiam agri mensuram, quo modo Latini agrum dicunt. Crebra vox est in Regum, & aliorum Principum donationibus, Sigbertus in Chron. ad ann. 1207, ibi: "Rex dicitur Torleis, miles illustis Vulcanensis territorii dedit Ecclesie Gemenensis in perpetuum elemosinam apud G. faacet 16. & dimidiam acres terra arabilis, & septem acres nemoris." Refert Vollius de vitis form. l. 3. c. 1. & nos in cap. 1. Idem Rector, ut exposui in e. ad auct. de rescriptis.

COMMENTARIUM.

PRO hujus textus expositione sciendum est, Ecclesias edificare, templaque construere, ad pietatem, religionemque augendam magno opere expedit, & hoc ipsum opus exercere earum constructores docetur in 6. p. mentis 16. q. 7. & mira laudibus illos essent Alfonso Rex in l. 6. tit. 10. part. 1. D. Augustinus l. 20. contra Faustam, Epiphanius l. 1. haer. 69. & alii, quos laudat Valenzuela contra Venetos; p. ex nom. 6. & ad templa extruenda gravia & ponderosa oratione hortatur fides Div. Chrylolum. orat. 18. in vita Apostol. quare & laici admittuntur ad ius patronatus ipsarum Ecclesiarum, ut alii iustitiam ad hoc opus piam, & religiosam, Lambertinus de jurat. lib. 1. q. 1. artic. 4. Spino in specul. legum, glossa 3. numero 7. Unde etiam cum legata ad pias causas relicta integra, & sine diminutione fidei praesentur, auctoritate legitur, Celsus ad leg. Falcid. ita etiam praesentur integre legata relicta ad constructionem templi, c. bei. 3. de testam. Tiraquellus perit. 26. c. p. ca. 1. & licet incertae personae legari nihil valeat, s. incertis, in fine, de legat. futuro tamen templo relinquatur potest, ut in casu legis servos 17. ff. de alim. legat. docetur. Tiraquel. supra, privileg. 56. Valeat. numer. 27. Unde iuste festum indicitur propter solemnitatem dedicationis, & consecrationis novi templi, cap. solemnitas 16. cum sequenti de consecr. dist. 1. l. que solemnitas quotannis iteratur, Celsus Domino exemplum praesentem cum ipse euncia celebravit, refertur. D. Joannes cap. 10. hoc est festivitatem dedicationis templi. Div. Isidorus leg. 1. de Eccles. offic. cap. 35. ibi: "Annuae festivitates dedicationis Ecclesiarum ex more veterum celebrati in Evangelio legitur, & merito." Delendum huic piam Ecclesiam ritum contra Magdeburg. & alios novatores, Bellarminus l. 2. contro. leg. 7. de cultu Sanctae. cap. 5. Duxantius leg. 1. de ritibus Eccles. cap. 24. num. 2. Roa leg. 5. singul. de die natali, cap. 5. Quae aequo procedunt in templis constructis, & dedicandis sub titulo Dei Optimi Maximi, quam ubi dedicantur sub titulo Sanctorum, nam hoc permittit esse facile constat ex Concilio Gangrensi can. 20. & in epistola ad Episcopos Armen. Concil. Carthagin. c. can. 14. quod idem de altaribus cautum est in cap. placuit 26. de consecr. dist. 1. & aliis relictis a Bellarmino supra, cap. 5. nec ideo cultus laicis soli Deo debitus (qui in constructione templorum exhibetur, ut ait D. Augustinus in lib. contra Ieronim. cap. 22.) Sanctis praesentur. Quo fignento heretici supra relictis templa in honorem Sanctorum constructi improbant; sed male, quia ad eum effectum Ecclesia in honorem Sanctorum dedicatur, non ut ipsi cultus laicis praesentur, sed ut eorum commemoratio frequentius agatur. Unde cum dicitur, haec est Ecclesia S. Mariae, intendimus significare, haec est basilica Deo dicata in memoriam S. Mariae; sicut cum dicitur haec est Missa S. Mariae, significare volumus, quod haec est Missa Deo oblata in gratiarum actionem propter beneficia collata Sanctae Mariae.

Nec solum fideles hortandi sunt ad constructionem Ecclesiarum, verum & cogendi eas edificare in his locis, in quibus alias commode sacramenta administrari nequeant: quo modo exaudiendum est praecipuum Clementis Papae, de quo in cap. Ecclesias 28. 16. quae 7. cap. Ecclesias 13. de consecr. dist. 1. Inde primo inferitur, impiam, & irrationabilem esse constitutionem, aut consuetudinem, qua templorum constru-

ctio adversatur, Valenzuela dist. 2. part. contra Venetos, ubi ultim. & ideo esse improbandam authenticam Cassa, C. de sac. Eccles. imo P. Gregorius leg. 1. part. tit. 4. cap. 5. in fine, Germonius in assert. pro libere Eccles. cap. 8. docuerunt, prohibentem templa edificare sacrilegium committere, ejusque poenis esse puniendum. Inde etiam deducitur ratio constitutionis Justiniani relata in authent. de eccl. titul. s. si quis autem, callat. 9. ubi statuitur, cogendum esse per Episcopum, & per civilem iudicem perhibere opus Ecclesiae, vel loci religioni, cum qui cepit illud construere; & decedente ipso, haeredes ejus similiter teneri, ut constructio, quae ab initio fuit voluntaria, semel coepa efficiatur necessaria, argumento legis sicut, C. de O. & A. Ex eodem etiam favore constitutionis Ecclesiae provenit, quod quamvis invidus quis non cogatur rem propriam vendere, l. nec emere, Cod. de iure de lib. leg. incertum 11. Codex de contrah. empt. Heraldus lib. v. emend. capite 26. ubi exponit textum in leg. 9. Digest. de alienat. rer. amov. leg. 65. §. 1. leg. 70. ff. de R. V. Hermosilla in l. 3. tit. 5. part. 1. tamen in Ecclesia adhibetur, aut amplietur, cogendus est dominus domum, aut arcam suam distrahere. Hermosilla ubi supra, Franc. Leo tom. 1. dist. 90. Valente. Quae sententia non est generaliter admittenda, ut pro cujuslibet Ecclesiae constructione, aut ampliatione liceat dominis invidis praedia extorquere; sed sub moderamine, ut sit pro adificio, aut ampliatione moraliter necessaria Ecclesiae Parochialis, seu Cathedralis, quam construi, aut ampliare non solum utile, verum & necessarium est: tunc enim licet aucter a dominis praedia sua, & relicto iusto pretio, exemplo legis si venditor, s. si constat, Digest. commun. praed. l. item si verberatum, s. ultio, Digest. de p. Si vero utilis tantum, non vero necessaria fuerit constructio Ecclesiarum, citra Principis auctoritatem aucteri a nullo domus sua debet. Covar. lib. 3. var. capite 1. in unum. final. Cum enim regulariter institutum sit, dominum non cogi rem propriam distrahere; desiderantur necesse forendi religionem, ut publicis favor privata utilitati praesentur, iuxta legem si venditor, s. cum via publica, Digest. quomodo vend. servat. leg. 2. ff. de qua in loco publi. propter utilitatem autem tantum non licet abique scripto Principis alicui rem propriam aucteri.

Sed licet adeo commendetur Ecclesiarum constructio, & magno opere expedit, tamen ita nova Ecclesia construenda sunt, ut inde alii praedictum non irrogatur, cap. 4. c. 2. de novis oper. munit. In constructione enim Ecclesiarum maxime attendendum est, ne inferatur damnatio alio parochialis Ecclesiae, cap. in his 30. de privill. leg. 9. tit. 10. part. 1. Guido Papa qu. 260. Zerola in tract. 1. p. verbo Ecclesias, quae 4. §. 5. Valenzuela consil. 45. part. 1. ideoque novam parochiam intra limites antiquorum tantum licet construere ex justa causa: veluti si augeatur multum sedelium, qui in Ecclesia iam constructa recipi non possunt, s. precipuum, 16. q. 1. vel si una parochia habeat domos ita ad Ecclesia distantes, ut difficile sit, maxime in hyeme, imbribus vel nivibus impedientibus ad eam parochiam venire, vel deseri sepelendos, vel baptizandos, ut probat Petrus Gregorius de benef. c. 12. n. 4. unde recte in praesenti textu permittitur nova parochia erectio, ex eo quod propter distantiam loci tempore hiemali commode parochiani non poterant divinis officii interesse; quam Alexandri Decretalium confirmavit Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 1. ibi: "Novas parochias etiam invidis Rectoribus, iuxta formam constitutionis Alexand. III. quae incipit Ad audientiam, instituire possunt." Varia tamen in praesenti ab Alex. praecipuntur: primo ut reservetur jus praesentandi clericum ad novam Ecclesiam Rectori veteris Ecclesiae, a qua sit dismembratio, in compensatione damni illati, ut expressit Alfonso noster in legat. to. p. 1. ibi: "Por el menos caba, que govielle la primera por los parochianos que se le menguan, otorga el derecho, que los clergos de ella puden presentar al Obispo el que huvieren deponer en la Iglesia segunda, e otorgarles aide, mas de esto que eyan en ella alguna renta en manera de censo, pareconociendo to de majoria." Quod jus praesentandi late exponunt Barbosa in dist. capite 4. Concil. Trident. Valenzuela tom. 1. consil. 45. par. 1. Salgado de protel. part. 3. cap. 5. numero 37. leundo; ut clerico ejusdem novae Ecclesiae assignentur pro ejus sustentatione obligationes pro modo parochiae dismembratae, quo nomine veniant etiam decima, capite Ecclesias 43. cum sequent. 16. quae 1. Lotharius de re benef. leg. 1. q. 23.

qu. 28. qui resolvit hanc decimarum assignationem non esse necessariam, si commode aliunde nova Ecclesia dotetur. Tertio desideratur, ut competens honor in ea pro facultate loci matri Ecclesiae reservetur, idest annua aliqua pensio

pro arbitrio Episcopi moderanda. Prosequuntur latius Lotharius, Salgado, & Petrus Gregor. ubi supra, Moneta de commut. c. 11. n. 334. Valconcellos lib. 1. de respons. c. 13. Altesserra lib. 5. dissert. c. 6.

C A P U T IV.

a Lexoviensi.

Quicumque Ecclesiasticum beneficium habet, ad testa Ecclesiae restituenda, vel ipsas Ecclesias emendandas, omnino adjuvent, & nonam, & decimam reddant.

NOTAE.

L Exoviensi. In prima collectione, sub hoc titul. cap. 4. Legitur Exoviensi, sed male, ut ibi notavit Ant. August. cum etiam Lexoviensi legatur post Concilium Later. pag. 29. cap. 2. de qua diceci egi in cap. 8. de offic. ord. & commentarium hujus textus dedi supra in c. 1.

C A P U T V.

a Urbanus III.

Ad audientiam nostram jam pridem pervenit, quod tu in Ecclesia de Colonia, de qua in Episcopum vocatus, & electus fuisti, regulares canonicos ordinare, & eorum institutioni de bonis tibi collatis congrue velis providere. Inde quidem est, quod tuum nos desiderium, atque propositum multimodis laudibus commendandas, devotioni tuae auctoritate Apost. indulgemus, ut juxta votum tuum canonicos regulares in Ecclesia praescripta, si tibi in hoc Episcopatus dioecesanis contentis, ad honorem Dei & Ecclesiae tuae, secundum beati Augustini regulam vales ordinare, & eos ibidem, nullius contradictione, & appellatione obstante, instituire. Unde si clerici facultates in ea fuerint, qui adhuc superesse noscuntur, volumus ut eis, dum vixerint, ibi vel alibi necessaria secundum consuetudinem provideantur. Licet autem vicini tui nobis instantius supplicarent, quatenus in Ecclesia praescripta jure confirmationis privilegium faceremus de canonicis, tuae in hac parte devotioni de jure non possumus deserre, cum nulli canonici adhuc ibidem existant, quibus privilegium indulgetur: eis utique cum fuerint instituti, tam in his, quam in aliis, precum tuarum obtentu, in quibus cum Deo poterimus, libentius deferemus.

NOTAE.

a Urbanus III. In hac sexta collectione tantum legitur Urbanus III. in secunda autem, sub hoc titul. cap. 4. prout hic transcribitur: sed ita corrupta est inscriptio, ut facile cognosci non possit, nisi emendemus Truonensis: quae civitas Trutonia dicta, seu sancti Trudonis, insignis est inferioris Germaniae civitas, ubi potentissimum est D. Benedicti conitium.

COMMENTARIUM.

Textus hic non spectat ad edificationem Ecclesiae, seu ejus reparationem; sed tantum ad reformationem, seu professionis canonicorum mutationem, de qua egi in c. inter quatuor, de relig. domib. Sicut enim canonici regulares contententur Episcopo facultates fieri possunt, ita etiam ex secularibus regulares fieri valent cum Capituli consensu, c. si Episc. 12. q. 2. & invidis ipsi canonici desideratur rescriptum Pontificis, ut docet Legaurie in parat. ad b. tit. & probavi jam in a. c. inter.

C A P U T VI.

a Coelestinus III.

Tua nos duxit, &c. Et infra: Praeterea quia occasione juramenti, quod de rebus Ecclesiae non alienandis te afferis praestitisse, in locis tui Episcopatus, in quibus populi habitantes oratoris plurimum videntur indigere (ne praetextu novarum Ecclesiarum commissa tibi Ecclesia destitui videatur) Ecclesias formidas erigere: fraternitati tuae praesentium significatione mandamus, quatenus illius juramenti occasione nullatenus praetermittas, quin populo indigenti super basilicarum constructione studeas salubriter providere.

NOTAE.

a Coelestinus III. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. cap. final. nullibi tamen exprimitur, cui rescribat Pontifex, nec ubi integra epistola reperitur. In praesenti autem fragmento tantum docetur, juramentum de non alienandis rebus Ecclesiae ab Episcopo praestitum, seu generaliter illud respectu omnium suae dioecesis Ecclesiarum, seu tantam suae Ecclesiae Cathedralis, non impedire, quin infra alterius parochiam novam erigat Ecclesiam, etsi indeminuat parochianorum numerus, atque personales saltem obventiones decrescant; quia praedictum juramentum ad directas dumtaxat, & eas quidem illicitas, vel non necessarias alienationes restringendum est, argumento textus in capite Ad nostram 21. de jurat. l. ult. ff. qui satisfare cogant. de quo juramento egi in cap. 1.

seu tantam suae Ecclesiae Cathedralis, non impedire, quin infra alterius parochiam novam erigat Ecclesiam, etsi indeminuat parochianorum numerus, atque personales saltem obventiones decrescant; quia praedictum juramentum ad directas dumtaxat, & eas quidem illicitas, vel non necessarias alienationes restringendum est, argumento textus in capite Ad nostram 21. de jurat. l. ult. ff. qui satisfare cogant. de quo juramento egi in cap. 1.

TITULUS XLIX.

De immunitate Ecclesiarum, coemeterii, & rerum ad eas pertinentium.

CAPUT PRIMUM

Ex Synodo a Joannis Papae.

Ut in domibus Ecclesiarum, neque e missis, neque d comes vel judex o publicus, vel minister, quasi pro consuetudine, nec f placitum, nec auspiciis vindicent: sed in g publicis rebus domos constituant, in quibus placitum teneant, & secundum antiquam consuetudinem hospitentur.